

**Medulla chymiae : variis experimentis aucta, multisque, figuris illustrata /
auctore Johanne Francisco Vigani.**

Contributors

Vigani, John Francis, 1650?-1712

Publication/Creation

Londini : Impensis Henrici Faithorne, & Joannis Kersey, 1683.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/sfvwj24h>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





CHYMIÆ

MEDULLA








K
K-27. *omniboli in prou leaves*
 /A NIG
53131/A/1




164.

1856
662







WARD WILLIAM
OF THE MINE

THIS INSTRUMENT BEING
THE LAST WILL AND TESTAMENT

OF THE SAID WILLIAM

DOETH TESTIFY AND DECLARE

THAT HE HATH BY THESE WRITINGS
AND INSTRUMENTS MADE AND
GIVEN IN FULL EXECUTION

OF HIS LAST WILL AND TESTAMENT

AS FOLLOWS TO WIT
THAT HE HATH GIVEN AND
BEQUEATHED TO HIS WIFE

MDCCLXXII

Var
70
Vase
Coch
Verin
Impe
Kof

Jr Archibald Grant B. A. V.

MEDULLA

N^o 206

CHYMIÆ,

Variis Experimentis aucta, mul-
tisq; Figuris illustrata.

AUTHORE

JOHANNÉ FRANCISCO VIGANI

Veronensi.

Namq; eadem coelum, mare, terras, flumina, solem
Constituunt; eadem fruges, arbuta, animantes;
Verùm aliis, alioq; modo commista moventur.

Lucret. lib. I.

LONDINI,

Impensis *Henrici Faithorne, & Joannis*

Kersey ad insigne Rosæ in Cæmeterio D. Pauli.

MDC LXXXIIII.

350787

MEDULLA

THEY MIAE

the Experiments on the
up Experiments

ARTHOE

ARTHOE



ARTHOE

ARTHOE

ARTHOE

Ex

G

P

Co

T

Vice

H

Excellentissimis Nobilissimisque

VIRIS
si Achuleo panti off. Monymark
Tàm re, quàm nomine verè
magnis,

GUILIELMO

Comiti DEVONIÆ,

PHILIPPO

Comiti CHESTERFIELD,


THOMÆ

Vicecomiti FAUCONBERG,

*Hanc suam Medullam Chymixæ gra-
titudinis ergo humillimè
D. D. D.*

Johannes Franciscus Vigani.

Jog



Epit
pta
ne
m
Ne

Zm

The
lic
nicia
arcu
rtali
ocrite
ris
avice
lere,
zaren
ri op
a perfu

Epistola quondam conscri-
pta ab Amico Londi-
nensi ad Authorem com-
morantem in Oppido
Newark super Trent.

Domine Vigani

Literas tuas suavissimas in de-
liciiis, & sinu semper habeo,
amicitiam enim tuam, & com-
mercium magni æstimo, & im-
mortaliter æstimabo; non me-
diocriter gaudeo, te inter otia
ruris Chymicis operationibus
inagnaviter incumbere, artemque
colere, humano generi adeò sa-
lutarem, & fructuosam, nullo
ferè opere vel à naturâ, vel ar-
te perfici solito sine quâdam mix-

turâ Chymix; mihi enim mi-
di machinam pervolventi mi-
apparet præter unio, & seppa-
tio Atomorum circulantium me-
cundùm leges, & principia. is
imprensa ab omnipotenti Credo-
re, undè ars illa, quæ has cathi-
cas & feracissimas naturæ oppa-
tiones imitatur, in omni ævo e-
ruit, & habuit quosdam eximicos
illustres viros, ut Fautores, & a-
tronos; & in hoc nostro suis in-
caret Mecænatibus. Non possunt
non vehementer lætari, à litteris
tuis, & famâ audire, *tuam Medu-
lam Chymix* (libellum mole ip-
vum, verùm totum, ut opium,
Medulla Scatentem) in *Italia,*
Hispaniâ, Galliâ, & Germaniâ ge-
neratam, in *Hollandiâ* natam
in lucem primò editam, nunc in
Angliâ gravidam esse, & app-
nos parituram fætum perfectissi-
mum, tibi que simillimum; In-
minem te patientem, vel potius
durum

durum, ac pænè crudelem existimabit literatus orbis, qui tanta arcana adhuc teneas, quanta lucem, lucrum, & salutem ferant miseris mortalibus, nil ferè præter ignorantiam suam adhuc scientibus, vix enim in corpore sapiet unquàm humana mens; quousque igitur & tibi, & nobis invidebis? tibi maximam laudem, nobis voluptatem. Utinam tuæ novæ editioni adjungeres descriptiones, & figuras tuorum furnorum, vasorumque, ad vivum sculptas, simul cum illis tibi, & mihi olim communicatis ab ingeniosissimo nostro amico *D. Troutbeck*, viro mirum in modum sagaci, & in Chymiâ peritissimo, in quâ *Tachenio* suo, si non major, non minor est, sint ergò *pares*, & *duo Fratres*. Tu, mi *Vigani*, sine luto, sine ferro, sine sumptu, aut labore fingis fornaces tuas; Opus sanè *Dædaleum*, in-

genio tuo *Architectonico*, verè
Italico dignum; sed quod magis
tibi laudi sit, à crypticâ illâ,
Hieroglyphicâ scribendi metho-
do, Chymicis nimis familiaribus
penitus abhorres; nec principia
aut dogmata Chymica tam temerè
citer amplecteris, quin in *Beo-*
læana Castra haud invitus tran-
sibis, ubi omnia ad incudem re-
vocantur, & severo cum judicio
summoque acumine mechanicè
examinantur; O beatam illam
Rempublicam, plusquam *Uto-*
pianam, verè *Platonicam*, ubi
Philosophi sunt *Mechanici*, vel
Mechanici Philosophi, vix enim
est aliquid utile in rerum natu-
râ hominibus certò cognitum
quod non ab experimentalium in-
dustriâ effluxit; sit æterna laus
nostræ *Regiæ Societati*, (fundata
ab *Augustissimo Carolo Secundo*
Principe verè Philosophico, verè
magno, diisque simillimo;) illa
nostræ

non fingit, aut excogitat, sed invenit quid natura faciat, aut ferat; *Studia Mathematica, Physica, Anatomica, Chymica, Botanica, Colonica*, & omne genus naturalis literaturæ vitam, & animam hauserunt ab hoc divino *Philosophorum* Senatu, nec *Italica, Gallica, Germanica, & Danica* Societates suis defuere auxiliis; *Veniet tamen tempus, quo ista, quæ nunc latent, in lucem dies extrahat, & longioris ævi diligentia*; ringat illud ignavum pecus, veteri superstitione, & lethargico quodam torpore adeò conspurcatum, ut mallent cum turbâ errare, & somniare, quàm cum laboris, ærisque impendio privatim sapere.

Gratias tibi habeo ob interpretandum mihi *Italicum Idioma* libri a *Patre Bartolo* conscripti de *Conglaciatione & Coagulatione*, qui mihi videtur esse grumus frag-

fragmentorum sat elaboratus, at
pace dicam hujus fumivenduli Sa-
crificuli, quòd in iis locis, ubi illi-
batam *Boylæi* famam malè tra-
ctat, ejusque scripta distorquet,
(præsertim de vacuo) non agitur
Philosophum, sed potiùs rabulam,
& blateronem, cerevisiali vappa
cemulentum; illic venditat suas
nugas, & deliria Jesuitica, minii-
mè digna expertissimo, & victrii-
ci calamo *Boylæi*, non enim opus
est *Hercule* pro castigando per-
pusillo Nano.

Abundè tibi gratulor tuas rui-
sticas delicias, longè Humaniores
rixis *Londinensibus*; eò enim de-
mentiaè hîc deventum est, ut nec
morbos, nec remedia pati possu-
mus; tu interim secundum ipsam
naturam vivis, pulveris, & tumull-
tûs hominum pertæsus, & velut
Adamus in Paradiso creaturas pla-
cidè contemplans; quis fuit illde
Deorum, qui hæc tibi otia fe-

citatio

cit ? Te oro, obtestorque, ut hu-
manissimum, & clarissimum vi-
rum, D. *Yarbrough*, meo nomine
(qualecunque est) salutare, & ut
nunquam cessares oculis, & corde
ferre

Tui Amantissimum

Dat. Londin. Sept. 10.

1682.

T. R.

Au-

Authoris ad Lectorem

PRÆFATIO.

Benevole Lector,

MEdullam hanc Philo-Chymicam tibi maritare volo, illam igitur conjugali amore recipe, est enim pura, & casta, minimèque gravida aliorum laboribus, continet tantùm illa, quæ hisce oculis vidi, hisce manibus tractavi; nulla hic figmenta, nulla somnia, aut umbræ, nulli hic furtivi fasciculi, aut sesquipedales compositiones, sed brevitati, & tuæ voluptati studens, nihil præter proprias meas observationes accumulavi, & peperì, non famæ, aut lucri gratiâ, sed mente honestâ, & verè Philosophicâ, ut communi hominum utilitati (quantum in me est) inservirem, hâc ratione persuasus hic publicè prodeò in Theatro Anglicano, (magno illo artium Elaboratorio) acturus
partem

P R Æ F A T I O.

partem hospitis devotissimi; vos, igitur, Angli, more vestro hunc libellum accipite, h. e. candidè, & amicè, vestra enim gens olim inclauit, & hodiè celebratur pro morum suavitate, profundissimâ eruditione, & fortitudine invictâ; quæ regio in terris vestri non plènia laboris?

De Chymix Antiquitate, nobilitate, & necessitate hic Rhetoricari nolo, licèt de illâ dicenti nemini deesse potest vel Materia, vel Oratio, qui hæc desiderat, adeat Doctissimum Borrichium, sed credo paucos, aut nullos (nisi Bæotico ingenio fatuos) dignitatis & summæ utilitatis Chymix esse ignaros, ergò hic non opus est Hederâ; Anatomia detegit partium corporis situm, texturam, usum, morbosque; Scientia plantarum, animalium, mineralium, aliarumq; rerum naturalium suppeditat nobis materiam medicam; amboque comitantur ineffabili quâdam voluptate

P R Æ F A T I O .

ptate, magnoque emolumento; at
sola Chymia suâ industriâ, & ar-
tificio utile ab inutili segregat,
medicamenta perficit, & humanis
functionibus adaptat, nec solum
Medicinæ, sed Philosophiæ natu-
rali, artibus Mechanicis, aliisque
vitæ nostræ commodis maximè in-
servit, adeò ut sine Chymiâ gens
humana esset manca, & rudis; est
scientia tam naturalis, & necessa-
ria, ut instinctu quodam, & inevi-
tabili rerum fato ad illam exercen-
dam ducuntur homines, in præpa-
rando cibo, potu, pane, & sale, se-
prodit Chymia; ubique, & semper
ab ipsâ creatione exercitata fuit,
est ipsa Machina, quæ volvit, &
temperat orbem; nam ipsa Natura
nil aliud est quàm prudentissimus,
peritissimus, & dexterrimus Chy-
miater, corrumpens, generans, se-
gregans, uniens, circulans, & dige-
rens vastam mundi molem, immen-
sam illam Atomorum concreto-
rum, & variè figuratorum massam,
à quo-

P R Æ F A T I O.

quorum diversis innatis qualita-
 tibus viz. motu, figurâ, magnitudi-
 ne, situ, & texturâ (quæ omnia
 multiplicia & dissimilia sunt) de-
 pendent singulæ variæ rerum mix-
 tarum facies, qualitates & phæno-
 mena, quæ nihil aliud sunt præter
 varias distinctas ideas, ortas à variis
 impressionibus Atomicorum princi-
 piorum, diversimodè dispositorum,
 corpuscula enim illa variè modifi-
 cata sunt unica Elementa, & semi-
 na rerum; Aqua Thalio, ignis & a-
 qua Hippocratis, quatuor Elementa
 Aristotelis, tria Paracelsi, quinque
 Villisii; Acidum & Alkali Tache-
 rii sunt horum creaturæ; ad parti-
 culas igitur, seu corpuscula multifa-
 ciam texta, & mota primario re-
 currendum est cum sapientissimis
 veteribus, Democrito, Epicuro, Lu-
 cretio; & Sagacissimis Moder-
 nis, Celeberrimo Verulamio, subtili
 Cartesio, cogitabundo Hobbio
 præsertim verò Doctissimo Gassen-
 do, magnoq; Boyleo, qui uberrimis
 &

P R Æ F A T I O.

Et perspicuis experimentis illustravit omnia, in tenebris antea involuta, Et extra dubitandi aleam, p[er]suisit, partaque indubitata victor contra Elementa Peripatetica, principia Chymica, triumphum splendidissimum meruit, modo veneratione, Et humilitas Philosophi tibi debitam, justamque pompam pareretur; at Boylæus suis non gloriatur Lauris, suis non superbit Syllis, Et Trophæis, nec Capitolium ascendere laborat, licet venit, dit, vicit.

Si hunc meum laborem, Et ignee lucubrationes, Candide Lectore in bonam acceperis partem, tibi breviter alia opuscula perlegenda tradam, modo Benignissimus Deus mihi vitam largiatur, non per totum vitæ stadium dilectionem meam Chymiam, (corculum, animæ dimidium meæ) per ignee Et aquam persequar.

MEDU

MEDULLA

CHYMIÆ.

Chymia, quæ venit à Chema, *Chymia Etymologia, Antiquitas, Objectum.*
hebraicè sidus calidum significante, est ars contemplativa, & activa, rerum cun-

starum naturam examinans, undè terræ Metalla mutuantur nomina sua à Stellis, quarum variæ influentiæ credebantur olim temperare, & determinare Sublunaria; excellentia hujus artis liquidò apparet tam antiquitate nominis, quam veterum Testimoniis; *Tubal-Cain* (homo octavus ab *Adamo*) erat versatissimus in operibus Metallicis; *Moses* calcinavit, & in pulverem redegit aureum Idolum *Israelitarum*; & vetustissimus *Agyptiorum* *Hermes* fuit expertissimus in arte Chymicâ, præsertim Metallicâ, undè profluxerunt immensæ *Agyptiorum* opes; nec hîc prætereunda sunt *smaragdina*, penè divina, *tabula*,

B

&

M E D U L L A

& *Symbolum aureæ Homeri catenæ.* Omnis res creata sublunaris est objectum hujus divinæ artis, quæ a suis non solum purgatur sæcibus, sed ad ulteriorem deducitur perfectionem, estq; hæc Ars unicum tam Mechanicæ, quam Medicinæ principium, & fundamentum.

*Examina-
tio princi-
piorum.*

Olim inter Hebræos, Græcos, Latinosque, plurimi pro Principio Catholico, & Materiâ primâ aquam viscidam venerati sunt, è quâ, parte subtili, & subtilissimâ à crassâ divisâ secundum legem Motûs, totum systema Cosmicum ædificari, & adhuc conservari perpetua circulatione voluerunt; at hæc Hypothesis non solido innitur fundamentum licet sustentatur sacrâ veterum auctoritate, & nuperrimè ab *Helbigii* humeris, quia necesse est hoc suum principium, ex (supposito quòd tale datum fuit aut datur,) componi ex infinito numero Atomorum, seu corpusculorum variè modifierum, à quibus viscositas, motus, totaque forma hujus aquæ derivanda sunt; ergò non meretur inmen principii primarii, sed collocetur (modò fuit, aut est in rerum naturâ) in classe secundariorum, seu compositorum Elementorum. Peripatetici Ignem Aereum

C H Y M I Æ.

Aerem, Aquam, & Terram pro principiis,
 & elementis statuerunt; *Paracelsus* suam
 Trigam, Sal, Sulphur, & Mercurium,
 in scenam Chymicam producit; *Willi-*
fius quinque principia assignat, Spiri-
 tum, Sulphur, Salem, Aquam & Terram.
 Expertissimus, & dextrimus *Tachenius*
 à Magistro *Hippocrate* edoctus, Ignem,
 & Aquam, (Acidum, & Alkali,) esse
 principia acriter argumentatur, eademq;
 opinio propagatur à *Vanderbeck*, *Swal-*
vio, *Portzio*, &c. at rejicitur ab experien-
 tissimo *Boylæo*, sagacissimo hujus seculi
 Philosopho; fatendum tamen est hanc
 Hypothesin, de Acido, & Alkali mul-
 tum rei medicæ inservire, & non pos-
 sum non applaudere immortalis *Tachenii*
 ingenio; veruntamen omnia hæc vul-
 garia principia sunt effectus aliorum
 principiorum, quo concesso, darentur
 principia in infinitum; prætereà illa
 omnia Elementa variantur, & transmu-
 tantur pro lubitu artificis, viz. aqua
 in aerem, aer in aquam, aqua in terram,
 al in sulphur, sulphur in materiam
 Mercurialem, & in ipsam terram, quæ
 Phænomena vix congruunt, aut qua-
 drant veræ Idææ, & naturæ principii;
 ergò ut vera cognoscamus principia,

M E D U L L A

non ad communem Chymicorum præxi-
 xim, sed ad Atomos, seu corpuscula
 variè texta, & mota recurrendum est, à
 quorum diversis modificationibus non
 solum prænominata, sed ferè innume-
 ra alia principia, malè sic dicta, emerr-
 gunt, nam ignis, & motus vix disso-
 ciant particulas corporum sine altera
 actionibus, & novis compositionibus
 multaque Phænomena producuntur ab
 Acido, & Alkali quæ non dependent ab
 Acidis, aut Alcalicis qualitatibus, sed ab
 aliis Mechanicis affectionibus: Qui plu-
 ra de hisce rebus desiderat, adeat præ-
 fationem hujus libri, & revolvat *Boyle*
 scripta; ut, *Sceptic. Chymic. cum appen-*
dicæ novæ. Animadversion, in Hypoco-
thesin Alkali & Acidi, Chymic. Paradoxo-
de transmutatione principiorum Chymic-
corum; item Origin. Formar. & Quali-
litat. omnia sanè cedro dignissima.

Relictis, & prætermisissis plurimis præ-
 ludis, & operationibus ab aliis Chymicis
 toties repetitis usque ad cramben, re-
 feram tantum illa, quæ aut ipse invenit
 aut illustravi, aut methodo faciliori per-
 egi, omniaque brevissimè.

De vitriolo.

Ad Oleum, & Spiritum vitrioli com-
 ficiendum, Vitriolum calcinatur ad flum.

veed

C H Y M I Æ.

D

vedinem, ut accidentalis advolet humiditas, & deinde in retortâ vitreâ summo ignis gradui expositâ per sexaginta horas destillatur, prodit spiritus, (qui in alio vitro rectificari potest:) & in fundo remanet spiritus acidus admodum corrosivus, à nonnullis falso oleum vocatus. Breviori temporis spatio perficitur, & majori lucro, per amplissimum recipiens cum magno orificio, ut spiritus exitum habeant liberiores. D.

Boyllius è Colcothar vitrioli prius edulcorato aquâ pluviali, sublimando cum duplici quantitate Salis ammoniaci, conficit suum ens Veneris, quod est satis nobile medicamentum; idem Colcothar edulcoratum, & cum aq. albuminis ovi in cataplasma redactum, cancrum mammarum non ulceratum sæpè profligat; infunde guttatim spiritum corrosivum in aquam pluvialem suprascriptam vitriolo imprægnatam, & ad dimidium evaporatam, & videbis strias instar capillorum; infunde balsamum sulphuris anisatum, in suprascriptam aquam, & invenies massam rubram instar saponis; si accipias vitriolum Martis sic dictum, cum duplici quantitate salis ammoniaci & eâdem methodo procedas, habebis

Vide Figur.

sublimatum ejusdem odoris, & saporis,,
 cum ente Veneris supradicto. Accipe
 limaturam Martis, & spiritum Vitriolii
 acidum, fermenta, digere & filtra ad-
 dito quodam sale, prodit liquor stypti-
 cus, qui sistit sanguinem arteriæ incisæ
 sine excoriatione; sunt qui accipiunt
 Vitriolum Martis, & destillant pro spi-
 ritu, quem pro magno secreto vendunt,,
 sed nihil aliud est, quam spiritus Vitriolii
 regeneratus. Tartarum vitriolatum vul-
 gò conficitur guttatim instillando spi-
 ritum Vitrioli in ol. Tartari per deli-
 quium ad perfectam saturationem ex-
 ficcando, postea in aqua pluviali dissol-
 vendo, filtrando, evaporando, & iterum
 lentè exiccando pro usu; sed mihi est
 alia quædam methodus particularis, viz.
 fumo vitriolum viride, in aq. pluviali
 dissolvo, digero, & filtro, postea me-
 diante calefactâ laminâ ferreâ illud to-
 taliter privo suis particulis cupreis, qui-
 bus videtur spoliari cùm ferrum nomi-
 amplius ad se attrahit corpuscula cu-
 prea, tum iterum filtro & guttatim su-
 peraffundo alcali volatile, ut sal armo-
 niac. aut C. C. q. s. digero, filtro, ite-
 rumque cum judicio infundo spiritum
 volatilem opus repetendo donec in dige-
 rendo

C H Y M I C A

Z

rendo nil impuri in fundo apparet, tum
 ultimò evaporatione exicco, & servo ad
 usum; dos. ℥j. in morbis chronicis, cum
 fructu usurpetur, longè enim antecellit
 vulgare Tartarum vitriolatum. Cum
 vitriolo hungarico pulvis sympatheticus
 conficitur, cujus virtutes in dubio sunt,
 sed D. *Boyllius* fecit sequens experimen-
 tum, quo colligi potest ejus virtutem
 esse quam maximam & nudis tantum
 verbis non refragandam: Habebat ge-
 nerosa quædam mulier hæmorrhagiam
 uteri jam quatuor mensibus, & tam
 potenter à pulvere sympathetico consti-
 pata est, ut valdè ægrotaret propter in-
 hibitum fluxum, quem iterum provoca-
 vit per tincturam Succini: confiteor
 plurima vulnera posse curari sine appli-
 catione emplastrorum dummodo ab aëre
 externo defendantur, ista tamen asser-
 tio, non pulveris symp. virtuti contra-
 dicit.

E vitriol. Roman. sal. nitro ana *lib. j.* *De Nitro.*
 sal. commun. *lib. ij.* Calc. viv. *lib. ss.*
 calcinato vitriol. lege artis; destilletur
 aq. fort. a plurimis laudata. E Colcho-
 car vitrioli, & nitro, aqua fortis destilla-
 tur communi methodo, puto tamen esse
 spiritum nitri; sumatur ergo vitriolum

B 4 calci-

M E D U L L A

calcinatum usq; ad flavedinem, nitri, ana; Hore
 in retortâ vitreâ ambo imponantur, & si acci
 recipienti bene lutato, ignis fortis adhi- tar, &
 beatur, donec vapores in recipiente ami- tuta n
 plius non appareant, . sale ammoniacco tum, q
 addito, aqua fortis evadet regia in recipies,
 metallica maximè necessaria; sime ca- datur
 put mortuum aquæ fortis supradictæ, & candor
 aqua pluviali sal extrahe, filtra, & cri- tudo
 stalliza, & supra marmor tere, tunc im- lucet,
 ponas sal in retortâ, & infundas in eam socio
 dictam aquam fortem, destilla, & co- struere
 hoba, donec totum in recipiens ascen- et null
 derit, habebis noctilucam instar ignis delicis
 eodem modo conficitur sal luminosum quere
 quo barba madefacta in tenebris tarme câ con
 quam ignis lucet per additionem cujus prodit
 dam spiritus subtilissimi, à paucis noti to maxi
 ex una parte nitri, & à tribus boli Ar- reâ f
 glicani destillatis spiritus prodit, qui bet me
 rectificatus ad usum servetur; sal ex- spitum
 tractum per aquam pluvialem à capite tra, &
 mortuo, nihil est præter nitrum, non est, q
 Alkali, ut quidam putant, inter quos tar pu
 annumeretur Dr. Mayow, qui in tra- sini it
 ctatu de nitro affirmat caput mortuum lâtra
 nitri destillati esse simillimum sali Alkali er, si
 quod sal fixum nitri à terrâ provenire retortâ
 putat, sed quandoque bonus dormitat est na

Hemmer

Homerus ; idem fit cum sale communi, si accipias sal à supradicto capite mortuo, & denuo cum bolo commisceas, totum nitrum transit in acidum spiritum, quæ aciditas è particulis constat gneis, quas doctissimus *Rudolphus Balduinus* tollit, dictum spiritum dulcificando, non per spiritum vini, sed admodum philosophicè, per saturationem scilicet ; ex eo oritur magnes, cujus beneficio Aurum Auræ, & spiritus mundi attrahuntur. *Phosphorus* item conficitur, & nulla alia reperitur vera methodus dulcificandi istos spiritus, quam hæc ; quamvis indocti mysteria hæc non facile concipiant. Nitrum s. a. purificatum præstantius est sale prunell. Pro secreto maximo fuit *Helmontio* modus saturandi spiritum nitri, cum quo conficiebat menstruum admirabile ; vertunt spiritum hunc in nitrum per Alcalia fixa, sed nitrum hoc non videtur idem esse, quod antea fuit, quia si ingrediat pulverem detonantem, hic nullum strepitum edet. Spiritus rubicundissimus instar sanguinis à nitro obtinetur, si calcinati silicis p. iij. nitri p. j. in retortâ destillentur, cavendum tamen est ne fluxum concipiant à nimio igne ;

&

& est spiritus nemini inferior. Idem
faciliùs obtinetur, si nitrum commif-
ceatur cum Calcis viv. p. iij. & per rec-
tortam violentiffimo igne deftilletur.

*De fale
communi.*

Inter omnia falia meo iudicio, fã
commune est præftantiffimum, hoc pee-
culiare habens, quòd ftrepitum, ce-
crepitum edat, quando illud privare vco-
lumus fua accidentalium humiditate, à quã
decrepitatio provenit; ex oleo communi
ni, & fale marino decrepitato, per rec-
tortam deftilatis, potentiùs oleum Pee-
trolei prodit, quod fãpiùs deftilandis
oleum limpdatum evadit, & poftèa fã-
piùs deftilatum à fale tartari, in aquam
ardentem commutatur. Lateres rui-
bescetes in oleo 100 annorum immerfi,
poftèa triti, & deftilati præbent oleum
vulgò dictum Philosophorum, in ulce-
ribus fordidis proficuum; oleum com-
mune per fe deftilatum eafdem habet
qualitates, & effectus. Sal deftilatum
eodem modo ut Nitrum. In fine deftila-
tionis flores albi fublimentur in collo-
retortæ, nec funt rejiciendi: ʒ Sp. falis
rectificatiffimi, q. v. mediante calce vivã
perfectè faturetur, in pulverem exicce-
tur, & in crucibulo fundatur; fufum
& refrigeratum tere, & cum quartã
parte calcis vivæ commifce, per retor-
tam

Idem destilla, & spiritum colliges perpe-
 rum, cum oleo fumigantem, & albos vapores ex-
 alantem cum odore, & sapore gratissi-
 o, in jusculo sumptum nephriticos
 dolores juvantem, Hydropes, obstru-
 ctionesque relevantem, visceribus &
 rementis amicum. Mediante sale com-
 uni, confeci in Angliâ meum Ma-
 gneticum lapidem, qui in oleum infu-
 s, effectus edit admirandos. Lapis
 hic in plurimis concordat cum lapide
Putleri, de quo *Helmontius*: Primus
 huius virtutum investigator fuit No-
 bilissimus, atque Doct. D. *Joannes*
Warrbrough, Medicinæ Doctor in *New-*
ark in comitatu *Notingham*, vir cele-
 errimus, & amicus singularissimus. In-
 veni postea modum præparandi dictum
 lapidem, ut esset præstantior sapore &
 virtutibus, nec talem unquam putavi re-
 ferri potuisse in rerum naturâ. Frustrâ
 laborant, qui illum componunt me-
 diante sale communi, ente veneris, &
 sineâ secundum *Helmontium*, aliisvè
 modis, nisi possideant verum nostrum
 lignem veneris, ex liquamine nostro vo-
 cati Cupri confectum, quod liquamen
 equit obtineri nisi per magnetem a sale
 marino elaboratum, qui magnes non
 solum

solum dominatur in regnum metalli-
 cum, sed etiam animale, & vegetabili
 de quo, favente numine, scribere libo-
 lum peculiarem in animo habeo; Illi
 pillus meus in aq. commun. solutus eun-
 dem saporem, odoremque habet cum sa-
 mineralibus *Knasburiensibus* agri ebb-
 racensis; & toto caelo errat Doct. *Simpson*
 affirmans salem communem ter fusum
 & in aqua solutum, easdem habere qua-
 litates cum praedictis aquis; oleum col-
 varum cum sulphure metallico nosse
 lapilli impraegnatum, valet contra
 omnes dolores, & tumores, nisi Gall-
 cos, externam inunctionem infallibilitate
 curat podagricos, & scorbuticos, majore
 cum certitudine quam vel Moxa, vel
 Ranunculus, vel aliud quodcumque ca-
 sticum. Memini me Lutetiae Parisien-
 rum ob certam quandam rationem praepar-
 parasse velle sp. talem hoc modo; *vi-*
 sumpsi salem communem q. s. solve-
 illum in aq. calidam, digerens, filtrans
 & exiccans, hunc laborem per 12 vicces
 repetebam, ultimo hunc depuratum
 salem cum bolo commiscebam, & distil-
 lare conabar, sed operam & oleum
 perdidit, nam ne guttulam sp. obtinere
 potui.

Vulgre

Vulgò dicitur in destillatione Aceti *De aceto.*

Primum prodire phlegma, & deinde spiritum acidum sicciorem, ratio, quia nonnulli acetum prius evaporant usq; ad dimidium, aut tres partes, tumque destillant residuum, est ut citius terminent; verum si S. Q. aceti sine præviâ coctione, & evaporatione sollicitè destillaverint, videbunt spiritum ascendere ante phlegma, subtilissimum, & volatilem, quem pauci animadvertunt, atque propter nimiam ejus subtilitatem & parvam quantitatem vix coercibilem, hic spiritus tamen summâ curâ collectus, est valdè considerabilis, neque meo iudicio multum differt ab illo, qui destillatur à viridi ære olim venditus pro spiritu Veneris, uti *Zwelferus*; esse autem talem *D. Boyleus*, & *Tachenius* doctissimè negant, sicut & illum, qui cum Saccharo Saturni confici solet & sequenti experimento probatur. R. viride æs, destilla, obtinebis spiritum, & redige caput mortuum in viride æs per additionem aceti S. A. & observabis tantum aceti esse absorptum, quantum collectum fuit sub formâ spiritus; hoc acetum esse magis volatile aceto effuso non mirum est, quia particulæ subtiliores

in

in destillatione viridis æris prodeunt
 crassioribus in capite mortuo remanent
 tibus, id quod denuo fit in destillatione
 viridis æris regenerati.

*De sulphu-
 re, sp. vini,
 aliisque
 spiritibus.*

Sulphur vulgari methodo sub carmine
 panâ combustum, dat spiritum fixum
 valdè acidum, & corrosivum, mixtum
 verò quantitate duplici cum meo sale
 spiritum dat fere insipidum, qui narrem
 violentissimè offendit, ac si sulphur
 magna copia in cubiculo combureretur
 istius mei spiritus sulphuris gutta una
 vel altera lacti instillata, illud coagulat
 sed sale volatili ammoniaco eidem ac
 jecto, redit in pristinum colorem &
 consistentiam. Inter spiritus acidos
 volatiles *Tachenius* numerat etiam spiritum
 ritum vini alcoholisatum, qui conficitur
 citur cum solo spiritu vini vulgari per
 vesicam, sine ulla additione, vel cinere
 rum clavellatorum, vel salis commutatis
 nis, sicut à nonnullis fieri solet: Certe
 tus sum, quod si Artifex gradu ignis de
 bite aucto, benè in re processerit, ha
 biturus sit unica vice Alcohol subtilissim
 mum, cum paucò phlegmate, quod Al
 cali parva quantitate adjectum, penitus
 imbibit, sicque separat. Miror appa
 ratum quorundam *Chymicorum*, qui

pro Alcoholisatione spiritus vini utun-
 tur instrumentis serpentinis, usque ad
 celum erectis, quæ nullius usus sunt,
 quam ad decipiendam plebem; sufficeret
 instrumentum unius cubitus, simplicissi-
 mum, modo regimen ignis observetur.
 violent cohobare hunc sp. super salem tar-
 tari, & sp. vini tartarizatum falsò nomina-
 re, at verus sp. vini tartarizatus est essentia
 vini antiquorum Philosophorum, & quî-
 dam subtilis sp. à suo tartaro non separa-
 tus, & sic paratur; expone aeri frigidissi-
 mo vinum generosum in vase idoneo,
 ut congeletur, foramen fiat cum bacu-
 lo in gelu, & funde liquorem non con-
 densatum in aliud vas, liquor segrega-
 tus congeletur, quod repete toties, usq;
 dum aer non amplius liquorem residuum
 condensare valet, purissimum tunc ha-
 bebis & verum sp. vini tartarizatum,
 qui mirandos edit effectus; hâc verâ
 essentiâ, seu sp. vini tartarizato leniter
 digesto in Matraccio fit fragilis lapillus
 rubri coloris. Sic etiam in quorundam
 officinis infinitum vidi numerum fornacum,
 magis ad pompam, quam ad uti-
 litatem extructarum; in laboratorio
 meo centum forsân lateres conspiciun-
 tur, quorum beneficio, sine ulla addi-
 tione, aut ferri, aut luti, fornaces con-
 struo

*Consul. fi-
 gur. & de-
 scriptionem
 in fine hu-
 jus libri.*

struo ad quaslibet operationes brevissimo temporis spatio, & iterum destruco sic nec retortas meas luto obduco, sed simplicissimè impono alteri cuidam vas terreo, gallice *Callote*, nec in sublimando ferè unquam Matraccio utor, sed simplicissimâ phiolâ, majori aut minori proportionatâ. Sunt in Germania, qui jactant commune Alcohol vini, brevi temporis spatio commutari posse in pulverem album. Ars multum efficere potest; hinc ne audeo, nec negare, nec affirmare, quia nunquam vidi, credat qui vult, perimilicet; etiamsi pulverem quemvis subtilissimum pro Alcohol vini vendita quis velit: curiosum sanè foret, si spiritus rosarum, aliorumque odoriferorum in talem pulverem posset redigere. Spiritus hic valdè subtilis obtinetur per fermentationem, destillationem, & rectificationem: dum rosarum mentitionem facio, non possum, quin adjiciam me præterita hyeme rosas artificiales confecisse adedò naturæ æmulas, ut deciperent etiam sagacissimos; ceterum non ex omnibus floribus odoriferis liquor elici potest per se tam bene olens, ac per destillationem descensoriam in vitro conmediantibus radiis solaribus, vel balneo descensorio.

descensorio, quando radii Solares deficiunt; sic ex jasmino obtinetur liquor odoris suavissimi, & præstantior illo, qui à Genuensibus per Germaniam venditur, ejus basis nihil aliud est, quam oleum Amygdalarum, vel de Ben, straticatarum cum floribus Jasmini. Mirum sanè est, aquam Jasmini, quam conficiunt, nullum habere odorem, saporem verò quàm gratissimum, conficiunt dictam aquam per plurimas infusiones, & omnium infusionum destillationem; grata est in julapiis, aliisque potionibus saccharatis, ut Sorbettum, &c. sunt qui tradunt varios modos extrahendi spiritum ex Violis, servato odore, & sapore; verum an possibile sit maximè dubito, tincturam inde parant per infusionem S. A. illa quæ habet saporem violarum, conficitur inde syrupus, compendiosius autem conficitur per expressionem succi violarum, sine præviâ contusione.

Willisius ex sulphur. unc. j. salis Tartari unc. iij. conficit suam tincturam sulphuris S. A. mediante vino generoso atque ex illo syrupum suum, adeo existimatum per totam Angliam; à quâ massâ salem volatilem albissimum ha-

Liquor odoriferus Jasmini.

Willisiana preparatio Sulph. & Martis.

buimus, non dissimilem illi à sale Armoniaco destillato, nec in odore, sapore, aliave qualitate, quod tamen Phœnomenon non semper succedit. Idem ex cadavere vini, & limatura Martis, conficit suum dissolubilem Martem in aqua frigida, mediante mixtione, & fermentatione, bis, aut ter repetitâ, additâ humiditate.

*De Tartaro
& Salibus
Alcalibus.*

Ex Tartaro, & sale nitri autem gratissimus spiritus eliciatur destillando, & rectificando communi methodo, in obstructionibus, & morbis calculosis laudatus. Tincturam salis Tartari, quæ reverà nihil aliud est, quàm particulæ alcalicæ cum Alcohol vini conjunctæ, conficere soleo modo sequenti; sumo sal Tartari in crucib. fustum, & in mortario calido tritum, Q. V. & in phiolâ amplâ pono, postea infundo spiritum Tartari rectificatissimum calidum, Q. S. & agitandô exacte commisceo, tum infundo Alcohol vini, iterum agito, & illico obtineo tincturam rubicundissimam sale Tartari imprægnatissimam, colore, sapore, atque odore gratissimam; processum hunc cuidam communicavi, qui elaborando, tincturam quidem obtinuit, sed animadvertit nihil salis Tartari

tartari in illa contineri, & mihi objecit
 tincturam hanc nihil esse præter spiri-
 tum vini, & spiritum Tartari unitos,
 non negavi ejus conjunctionem; ratio
 tamen quare tinctura sale Tartari non
 fuerit imprægnata, est quia non benè
 processit. Sic sæpissimè damnantur
 Authores; quod si bene processum fue-
 rit in fundo remanebit quædam gelati-
 na cœrulea, quæ vel in pulverem, vel
 in liquorem redacta, dat Alkali præ-
 stantius sale Tartari communi: hæc
 nostra tinctura Tartari non solum om-
 nia olea stillatitia, sed etiam ipsum
 Balsamum Gileadense, sp. vini, aliòvè
 menstruo solvi nescium, optimè dissol-
 vit, undè evadit medicamentum ma-
 ximè diureticum, aperitivum, abster-
 sivum, & stomachicum, in morbis Asth-
 maticis, Phthisicis, & Hydropicis non
 contemnendum, nec nocet in Go-
 norrhæa, modò cum methodo, & ju-
 dicio propinetur. Ferè omnes dicunt
 Alcalia omnia ejusdem esse naturæ, &
 tamen gradu differre; nolo profus con-
 tra illos agere, sed tantum dicam quid
 ego expertus sim: fudi sal Tartari,
 quod provenit a vino albo Gallico, &
 rubescebat post fusionem sex horarum,

sal Tartari vini *Hispanici* post fusionem unius quadrantis rubescebat quasi sanguis, & sal fixum absinthii etiam detentum per viginti horas nihil profusus rubescebat. Sic cum Domino *Paullo* Med. Doct. & mihi amicissimo quondam *Bonæ* præparavi Regulum medicinalem Antimonii, fumendo, ut mihi mos est, salis Tartari par. j. salis communis par. iv. Antimonii par. v. & unica fusione obtinui regulum fuscissimi coloris, medicamentum tutissimum; cum etiam aliâ vice sumerem sal cardui benedictilo, cō salis Tartari, eâdem quantitate, habui regulum vulgarem. Nomen solum è sale Tartari fixo, sed ex omnibus salibus Alcalibus fixis tincturæ rubicundissimæ eliciantur, mediantibus suis propriis spiritibus, fermentatione & destillatione paratis, & in Alcohol subtilissimum redactis, quæ possunt fieri magnarum virium in Medicinâ. Præterea in crystallizatione salium Alcalium exacte observavi diversas crystallorum figuras, quæ necessariò dependent ex diversis particularibus figuris, & consequenter eorum naturæ est diversa. Optimè, & copiosissimè conficiuntur ex herbis viridibus, im-

etate maximè floridâ collectis, incisis,
 & in vase ferreo super ignem impositis,
 donec incinerescant leni calore, cineres
 violento igne calcina, ex calcinatis me-
 diante aquâ pluviali lixivium conficia-
 tur, filtretur, evaporetur ad cuticulam,
 crySTALLIZETUR, decantetur liquor à cry-
 stallis, qui iterum evaporetur pro ulte-
 riori CrySTALLIZATIONE; opinatur *Willi-*
sus cineres optimè calcinari cum addi-
 tione sulphuris, ut albiores fiant, &
 pulchriùs crySTALLIZENT, undè ille magis
 approbabat hunc modum, quam vul-
 garem; sal Tartari conficitur prædi-
 ctâ methodo, sed hic non possum præ-
 terire abusum in *Angliam* introductum,
 & aliis in locis exercitatum, *viz.* compo-
 nendi salem Tartari ope nitri, sumunt
 enim nitri, & Tartar. crudi an. lib. j.
 pulverisant omnia simul, & in vase
 figulino calcinant in massam albissi-
 mam, sic ex hisce duabus libris obti-
 nent lib. i. sal. Tartar. quod improprie
 sic dicitur, nam lib. j. Tartari crudi præ-
 bet solùm circiter ℥iv. salis, ergo certum
 est nitrum non totum avolasse in au-
 ras, ut illi somniant, & si memoria me
 non deludit, tentavi incassum præpa-
 rare aurum, seu pulverem fulminan-

tem cum hoc sale, sulphure, & nitro ;
 liquidò igitur constat salem Tartari
 præparatum cum sulphure, vel nitro,
 non esse verè Alcalicum, aut genuinum
 salem Tartari. R. Absynth. virid.
 vel alterius cujuscunque herbæ, Q. S.
 destilla lento igne in retortâ adaptandâ
 recipiens usque ad ficitatem, vasis re-
 frigeratis caput vulgò dictum mortuum
 tere, destillatum superinfunde, de novo
 destilla toties cohobando donec nihil
 præter phlegma ascendit, semper ob-
 servatâ gradualis augmentatione ignis
 in qualibet destillatione; ultimò sume
 cineres quos super laminam ferream
 cum spatulâ ferreâ agita, ut fuliginos-
 sum avolet in auras, & pulvis albus
 evadat, tum cum spiritu ejusdem plame-
 tæ per fermentationem præparato dilu-
 gere, filtra, & evaporatione Chrystall-
 liza; qui crystalli arcanum vegetabi-
 lium nuncupantur, aliis salibus Mecha-
 nicis preferendi. Chymici fere omnes
 exaggerant magnopere virtutem Alca-
 lium fixorum volatilium, quæ sic pa-
 ro; e. g. accipio sal Tartari, & im-
 bibo spiritu Tartari reëificatissimo, &
 destillo, iterum infundo dictum spiritum
 tum Tartari, & cohobationem tamdiu

continuo, donec spiritus Tartari abstrahatur, eodem vigore, uti quando infusus fuit, & ultimò sublimo. (Medicus quidam mihi familiarissimus sumit aquam regiam loco spiritus Tartari, & eodem modo procedit ut supra) in fundo post sublimationem remanet corrosivum aquæ regiæ, fere picis instar. Oleum viscidum, & foetidum Tartari cum sale Tartari commixtum in liquidâ massâ, lege artis fermentando, & sublimando, sal volatile obtinetur album, sed paululum fœtidum, qui fœtor facillimè tollitur per Alcohol vini; non hic præterire possum *Zwelferum* cum suo phlegmatico modo præparandi salem volatilem Tartari, destillando oleum Tartari per deliquium cum repetitis vicibus; ab ipso Tartaro sal volatile obtineatur vulgari methodo destillandi, modo retorta habeat longum Collum, cui inhærebit sal volatile, sed in tam parvâ quantitate, ut sit vix colligibile. Ex oleo Tartari per deliquium, & ipso Tartaro crudo pulverisato, commixtis, & simul fermentatis usque dum saturantur, Tartarum fit dissolubile in aq. frigida à quo

extrahatur spiritus urinosus, & sal volatilis secundum *Langelotum*.

*Tinctura
Corall.*

Tincturam corallorum magis sinceram, atque legitimam reperiri posse mihi non videtur, quàm hæc, sine ulla additione. *Rx.* Corall. gross. trita, destilla per retortam igne violentissimo quadraginta horis, in recipiente inuenies liquorem rubrum, atque unctuosum, licet parvâ quantitate, hunc lento balnei calore abstrahe ad mellis consistentiam, à residuo obtinetur tinctura rubicunda mediante Alcohol vini; reliquis modis præparandi tincturam corall. nullam fidem habeo, quia menstrua per se rubescunt, aut per longam digestionem, vel per additionem salium, id quod sæpe expertus sum.

*Tinctura
quædam
minerales.*

Ex omnibus Metallis imperfectis, excepto Saturno conficitur tinctura, quæ reverà meretur nomen tincturæ Metallorum, vel quia ingreditur Antimonium, Pater omnium Metallorum dictum; vel quia unum, aut alterum Metallum reverà ingreditur, sic *Rx.* Antimonii regulum, Martem, Venerem, Jovem debitâ proportionem, funde, tere, & pulveriza, pulveres cum S. Q. Nitri detoniza, ignem augendo, & detineas tam-

*Tinctura
variis
Metallis.*

amdiù in fusione, donec massa inter
 ceruleam, & viridem evadat, tum S.
 A. cum Alcohol vini tinctura extraha-
 ur, quæ est Medicamentum egregium
 in morbis Chronicis, ubi peccant ob-
 structiones. Cum Nitro, Antimonio, &
 ove pulvis ille famosus *Poterii* confici-
 ur, quem si cum resina guajaci com-
 misceas, egregium habebis sudoriferum
 medicamentum, & mihi quotidianâ ex-
 perientiâ comprobatissimum. Si flores
 Antimonii violentissimo igne reverbe-
 rentur ad plenam rubedinem, dant ru-
 bram tincturam mediante sp. vini Alco-
 hato. Tinctura Antimonii conficitur
 cum sale Tartari, & regulo Antimonii,
 calcinando cum fusione ignis per tres
 dies in furno vitriario, in fine reperie-
 ur massa rubra, à qua tinctura rubi-
 undissima elicitur per Alcohol; reverà
 non puto quidquam salis Tartari in
 hac tincturâ superesse propter validam
 calcinationem, & experimento satis con-
 stat, quia pulvis ille ruber aëri exposi-
 tus rubedinem conservat. A Mercurio
 obtineo tincturam violaceam mediante
 acido menstruo, quod limpidum est, &
 pingue, & minimè corrosivum, neque
 vitium maculans, quando illud manibus

*Tinctura
 Antimo-
 nii.*

*Tinctura
 Mercurii.*

tra-

tractaveris, nec vestimenta, neque liam
rea corrodens; tincturam hanc si detu
neas in leni digestionem, præcipitatur
pulverem coloris rufi, & Menstruum
evadit iterum limpidum, ut antea fuit,
si in loco frigido ponas, vel ante fem
stram, insurgere videbis quosdam fla
pillos instar adamantis pellucidos,
quotidie crescentes sapore admodum
gratos, dulces, substypticos; Me
dicamentum nobilissimum, parvâ qua
titate, variis modis exhibitum, variis
& magnos effectus edens. Per idem

*Tinctura
Martis.*

Menstruum tinctura elicetur à Martis
admodum sulphurea, continens sulphur
suum fixum, & instar sanguinis rub
cundum, neque flammam concipiam

*Tinctura
Solis.*

Item per idem menstruum ex sole con
ficitur tinctura addendo sal Philosophi
eiusque beneficio per fermentationem
quandam in substantiam spongiosam
evadit, infunde Alcohol vini, & statim
sine ullâ additione Sol solvetur in tinc
cturam flavam irreducibilem. Luna

Lunæ.

certâ quadam arte præparatâ, ut sub
lior sit, in aquâ regiâ eundemque color
rem exhibet, ac si esset Sol solutus
probam tamen cupellæ sustinere non
potest. Ex lunæ limatur. p. j. sulphur

p. ij. leniter in crucibulo fusis, & unitis, & pulverisatis, eliciatur tinctura sæpius affundendo sp. sal. Armoniac. secundum legem Artis; tincturam in Crystallos redige, & per retortam sp. Lunarem elice, qui est medicamentum Antimaniuam celeberrimum.

Ex Caryophyllis tinctura extrahitur per Alcohol, quam falsarii vendunt pro oleo dict. Aromatum, & Pharmacopœi emunt minori pretio, non ulterius cogitantes, dummodo nominetur oleum, sed reverà octuplo plus æstimandum est oleum stillatitium dictorum Aromatum, quod paratur mediante digestionem in aquæ pluvialis S. Q. cum adjectione cremoris Tartari, vel cinerum clavellatorum, uti ego facio cum insequenti destillatione, & separatione. Vidi *Parmæ* in officina, quæ caput nigrum vocatur, post longam digestionem Caryophyllorum, fortiter premendo provenire aquam, & oleum, licet non tam diaphanum, nec tam subtile, ut è destillatione emanat. Ex omnibus herbis odoriferis ficcatis in umbra S. A. & destillatis per vesicam cum additione aquæ pluvialis S. Q. olea habentur, quorum usus est frequentissimus

*Quædam
de vegeta-
bilibus.*

*De oleis
vegetabi-
libus.*

mus ad conficienda balsama odorifera
 quibus facillime datur corpus olei nu-
 cis moschatæ, & præcipuè si extrahatur
 tinctura per Alcohol vini; idem fit ex
 seminibus anisi, carui, & similium, quæ
 omnia (relicta methodo communi)
 gros. trita, & per quatuor, aut quinq
 horas posita in balneo vaporoso, &
 fortiter pressa, olea dant obscura, gra-
 tissimi odoris, & saporis, eâdem mee-
 thodo habetur oleum Amygdalarum
 feminum Papaverum, & similium. Ex
 nicotianâ communi methodo destillatur
 oleum fætidum, quibusdam animalibus
 præsertim felibus, maximè noxium
 modò una guttula stilletur in linguam
 convulsiones enim lethales citò pro-
 creat, animalque perit, nisi protinùs
 succurritur imponendo naribus sp. salis
 Armoniaci, attamen interdum vene-
 num superat omnem medelæ open-
 prout ex hoc vel illo loco transportatum
 Tabacum; apud Medicos Chymicos
 non multum in usu est; ex succo um-
 guentum conficiunt in *Italia*, vulneri-
 bus sordidis proficuum; *Hispani* quàm
 maximè delectantur Nicotianâ illâ, di-
 ctâ hispanicè *Da la vana*, quia suavissî-
 ma est, & commodissima pulveri sterr-
 nuta-

De Nico-
 tiana

mutatorio; *Lusitani* verò celebrant *Bra-*
zilensem, quæ est fortissima, & maxi-
 mè narcotica; *Chinenses* & *Japonenses*
 non carent suo Tabaco, sed parcè ad-
 modum fumigant, sicut *Turcæ*, & *Per-*
siæ; *Angli* & *Hollandi* *Virginensem*
 laudant, quam interdum miscent cum
Mastiche, *Succino*, *C.C. Lavendulâ*, *Be-*
tonicâ, *Salviâ*, pro habitu, naturâ, &
 circumstantiis fumigantis; *Novi nobi-*
ssimum Anglum sennam familiariter
 fumigantem, & salutiferam invenien-
 tem; quem morem fumigandi sennam
 apud *Nobiles Hetrurienses* ægrotos in-
 terdum invalere observavi, copiosè
 enim crescit, & cultivatur in *Hetruriâ*,
 arò tamen aut nunquàm *Itali* fumigant,
 odoriferis sternutoriis, sicut *Hispani*,
 sepius exercitati. Ex *Absinthio*, &
 aliis herbis extrahitur oleum viride
 fragrantis odoris, & provenit à destilla-
 tione spiritus urinosus; & ita fit: Col-
 lectæ herbæ plenæ rore ponantur in
 cella vinaria per duas aut tres hebdo-
 nadas, usque dum putrescant, inter
 duas tabulas, superiori depressâ à ma-
 gno pondere, ut melius cum altera u-
 niatur, positæ deinde in retortas vitreas
 in furno arenæ, dant spiritum urinosum,
 &

De Spiriti-
bus, & sal.
volat.
Plantarum

& oleum viride. Hæc regula obfervanda est in omnibus herbis; si tamen dictæ herbæ putrefactæ aëri exponantur, facillimè sal volatile habebis. E fuligine ligni quercini per retortam destillata prodit sal volatile, sp. & oleum, arte separanda; Balsamum ex hac fuligine sic obtineo; sumo sufficientem copiam fuliginis, quam derelinquo simul cumulatam, usque dum concreseat in lapideam substantiam, suspendo hanc concretam massam fuliginis in frigidissimo rigore auræ Hyemalis per 80 horas, aut plus, tum in medio frango massam, ubi invenio viscosum Balsamum concentratum, in morbis Hystericis non contemnendum; sal fixum i.e. fuligine obtinui calcinando illam in vase ferreo igne violentissimo, postea lixiando cum Aceto destillato, filtrando, evaporando, & crystallizando; est sal pretiosus in Cancris ulceratis, arsenicalem acrimoniam destruens. Sunt quædam sal aromaticum conficiunt cum herbis aromaticis hoc modò; suppono à Menthâ viridi siccatâ in umbrâ, & incisâ, addendo aquam pluvialem cum S. Q. Alkali, & digestâ S. A. addito denique sale ammoniaco, & destillatâ, sal volatile

De fuligine.

atile habetur odoris Menthæ & dici potest Alkali oleosum, volatile, & aromaticum, & per consequens ejus virtutes sunt majores Alkali communis ammoniaci.

Doctor Sylvius suum Alkali oleosum volatile, & aromaticum spiritum, (cujus virtutes in ejus continentur libris) concicere solebat accipiendo Cinnamomi, Macis, Nucis Moschatæ, corticum Citri, & Limonis an. drach. ij. Salis Tartarici an. ff. sp. salis armoniaci unc. iv. hæc omnia XXIV. horis relinquebat digestionem, & postea his omnibus unc. xij. Alcohol vini addebat, & iterum relinquebat digestionem per XII. horas, & destillata conservabat ad usum. Sed quia post mortem Sylvii variæ sunt dispersæ per Europam formulæ præparandi dictum Alkali volatile, & Aromaticum, hic ad plenum satisfaciam curiosis lectoribus addendo duas alias Methodos, ut prudenter eligant; an sint Sylvianæ, vel non, parum refert, sufficit ut sint Alcalia volatilia, oleosa, & Aromatica, effectis promissis non carentia; 4. Sal Tartar. ʒj. ol. Cinnamom. aut ligni Saffaphras, aut Cortic. Citri, gut xxx. exactissimè commisceantur.

*Sp. & Sales
volatiles,
oleosi, & A-
romatici.*

fceantur in mortario ficco, nam hic Ma-
 bor, hoc opus est, tum adde sp. vini
 vulgar. *lib. j. ff.* paulatim commisceatur
 cum sale, impone totum in Matraccio
 & adde *lib. ff.* sal. Tartar. agita, & digere
 re per duas horas, tum spiritum super-
 natantem separa, & adde sp. sal. Armoni-
 niac. & sal. Tartar. an. ζ iv. item per
 horam digere, & sp. volatilem per die
 clinationem separa; qui hoc peculiariter
 habet in se, ut ejus gut. x. vel xii
 commixtæ cum vino *Rbenano* illi im-
 pertiunt odorem, & saporem, vino *His-
 spanico* naturalem; aliquando citius
 conficitur uniendo guttatim aliquod A-
 romaticum oleum cum tincturâ salis
 Tartari, quantum imbibere potest, & ad-
 dendo sp. salis Armoniac. q. s. sed hinc ma-
 ximè cavendum est, ut sp. sal. Armoni-
 niac. paretur ex merâ Calce vivâ, & sal.
 Armoniac. secundum justam artis Ne-
 gem, aliter si præparata fuisset mo-
 diante aq. fontan. (ut vulgò fieri solet)
 tum sal Tartari in mixturâ contentum
 præcipitabitur ad fundum vasis instans
 Nebulæ; sed hinc monendum est, hoc
 Medicamentum esse celeberrimum, mo-
 dò paretur mediante nostrâ tincturâ salis
 Tartar. in hoc libello descriptâ.

Succis

Succinum, & similia destillantur *De Succino.*

communi Methodo in retorta in furno arenæ, destillatis ex iis provenit oleum, & spiritus, pauca tamen quantitas salis volatilis, oleum, quod est magis viscosum, facillimè mutatur in sal volatile, ita fiat una massa cum sale communi decrepitato, & sublimetur eodem modo, quo sublimantur flores Benzoini dict. oleum in limpidissimum spiritum commutatur per beneficium cornu Cervi calcinati, & magis existimandum est meo iudicio, quam commune. Plurimi tentarunt imitari *Chinenses* in vertendo caput mortuum succini sic dictum in vernicem nigram, in Europâ maximi habitam, sed pauci aut nulli veram Methodum invenire potuerunt; pulverisato tamen hoc capite mortuo, & sæpius supra affuso Alcohol vini, digerendo totam massam resurgit tinctura flava, quæ, Alcohol vini per destillationem extracto, relinquit in fundo vasculi succinum flavum, & diaphanum, naturali, & perfecto haud dissimile; sed hic processus est plenissimus laboris ob immensam copiam sp. vini; hoc succinum tali modo regeneratum præbet eundem sp. & oleum, ac nativum suc-

D

cinum,

cinum, quod repetatur in infinitum tentavi separare repetitâ destillatione hoc liquidum, & Diaphanum oleum a nigro, & viscido, exactissimè lutavi vasorum juncturas, ignem augebam gradatim, sed nihil omnino destillabat: ignem ulterius augebam usque ad materiæ ebullitionem, quem continuavi per 12 horas (obstupui) ne gutta tamen olei ascendebat, nec aliquid odoris per juncturas erumpebat; extincto igne, refrigeratisque vasis, ex arenâ abstulimus illa sine aperturâ juncturarum, duobus diebus elapsis curiosus volui de novo tentare, & subtiliter rationem examinare, statim primo gradu ignis destillabat, de quo maximè admiratus examinavi juncturas, & percipiebam odorem transpirare lutum, unde animo advertentibus juncturas relaxatas fuisse in removendis vasis, à quo dependebat destillatio, hic sæpius tentavi eandem rem, & inveniri unicam illam fuisse rationem, nam observavi in destillandis rebus volatilibus vasa sæpè frangi in principio destillationis ob impeditam transpirationem; unde illi in magno hærent errore, qui credunt in principio destillationis Tartari (quæ communi methodo confi-

conficitur) magnam copiam subtilissimi, & admodum volatilis salis Tartari ascendere ante phlegma, sed pro subtilitate suâ, & negligentia operatoris per juncturas evanescere in auras, sic non parum laborant in exacte lutando, sed primo ignis gradu vasa certè frangentes, ad maximam volatilitatem salis Tartari omnia hæc attribuunt, sed immeritò; hic tamen moneo Chymicum non esse nimis incuriosum in lutandis vasis; idem notetur de circulatione in Pelicanis, in quâ operator sumit materiæ circulandæ q. s. imponens illam in vase circulatorio hermeticè sigillato, cujus pars inferior collocatur in Arena furni idonei, aut in stercore equino, in instrumento aureo, aliisvè modis; parte vero superiore Pelicani nudâ, & aeri expositâ, ut vapores ratione frigiditatis in striis descendant, iterumque calore ascendant modo circulatorio, quam operationem a digestionem distinguunt; sed multum dubito an reverâ differunt, nisi gradu caloris, quia tales circulationes non videntur succedere in Pelicanis ob arctam clausuram sigilli Hermetici, & ob rationes suprâ annotatas de destillatione per juncturas ad-

modum claufas ; ex succin. ℥iij. fal Armoniac. lib. j. Calc. viv. lib. iij. sp. cornificitur, laudabiles effectus producentis præfertim in auditus difficultate, guttulâ unâ vel alterâ in aurem instillatâ 2 per diem per 3 vel 4 dies, aure ab aere defensâ ope Gossypii, aut lanæ, si in hâc preparatione addantur ℥iij. Affusio foetidæ, tum hic sp. succinatus foetidus audit, qui naribus Hystericarum ad motus juvat, vel in aqua fontanâ interne exhibitus non nocet ; ex sale Tartari, & sale Armoniaco mixtis obtinetur per destillationem sp. subtilissimus, & Albissimum sal volatile in magna copiâ, quod cum oleo Aromatico commistum in vase idoneo confortat spiritus animales a solo odore ; ex capite mortuo sal extrahitur mediante aqua pluviali, lixiviano, filtrando, evaporando, exiccandoque, in morbis calculosis non contemnendum medicamentum, corrigitur gummi gutta mediante sp. Vitriol supercohobando, adeò ut solum purget per inferiora, sicut videmus in *Galliâ* ; novi amicum hoc gummi corrigentem cum p. j. Zinzilber ad p. iij hujus resin. adeò ut spolietur sua facultate emeticâ ; in *Angliâ* obser-

observavi nobilem quendam ægroto ser-
vo hoc gummi administrantem, qui po-
stea evomuit animal viperæ simillimum
quoad omnes partes, præsertim caput.

Opium sic tracto, ʒ. opii Thebaic. ʒiv.
dissolve in fortissimo lixivio Calc. viv. *De Lau-*
filtra, & in extractum redige, ter re- *dano.*
pete dissolvendo, & leni calore in extra-
ctum redigendo, ultimo adde ad extra-
ctum hoc, Croc. ʒj. Cochinell. ʒss. Nuc.
Moschat. ʒij. exactè misceantur, dos. gr.
i. ad ijss. est egregium antifebrile
in ardentibus febribus, Archeum furi-
osum pacificans, sudorem, & urinam
movens. ʒ. Tinctur. sal. Tartar.
a nobis in hoc libello descriptæ ʒxij.
Opium Thebaic. ʒj. Macis, & Croc. an
ʒj. digerantur, & filtrentur pro usu,
hoc non inferius est aliis Laudanis vul-
gariter descriptis.

Elixir proprietatis conficitur ex Aloe, *Elixir*
Myrrhâ, Croco, in sp. vini justa pro- *proprieta-*
portione dissolvendo, & in Elixir redi- *tis.*
gendo, secundum mentem *Paracelsi*;
alii primò digerunt hanc massam cum
sp. sulphur. vel vitriol. postea cum
s. q. Alcohol vini elixir conficiunt, aliqui
addunt menstruo vinoso sp. C. C. sal.
Armoniac. ut in *Gallia & Anglia* ob-

servavi, in *Germaniâ* addunt *Mastich.*
 & *sarcocoll.* &c. sed optimè paratur,
 secundum *Paracelsum*, si operator no-
 rit verum modum dissolvendi *myrrham*,
 in quo totius rei *Cardo* vertitur, nam
 ab *experientiâ* instructus affirmo, nec
 granum *myrrhæ* a communi operandi
 modo verè dissolvi, nisi prius præpare-
 tur, & hæc sit una ratio, quare vulga-
 ria *Elixiria* non producant tanta mira-
 cula, quanta expectari debentur. ʒ.
 Ergo *Myrrhæ* ʒij. sal. *Tartar.* ʒij. pul-
 verisent. & in *mortar.* siccato optimè
 misceantur, & in *sacculo* suspendantur
 in loco humido, donec *myrrha* in mol-
 lem *massam* mutetur, & magna pars
 salis *Tartari* per *deliquium* à *massâ*
 effluat, super hanc *myrrham* præpa-
 ratam infundatur *Alcool vini*, & tin-
 ctura rubicundissima obtinebitur, quâ
Eyaporandâ in *Elixir* redigo, quod
 commixtum, & digestum leniter cum
 tincturis *Aloes*, & *Croci*, evadit *Elixir*
 optimum & perfectissimum, *ventricu-*
lum, & *viscera omnia* purificans, cor-
 roboransque, *vulneribus*, & *ulceribus*
 apprime utile;

Ebur, *Cornu Cervi*, & *Canthari-*
des destillantur in *retortâ* cum *magnò*
 reci-

recipiente, & extrahuntur eorum spiritus, olea, & sal volatile, quæ omnia debito modo rectificata, & segregata, conservantur ad usum, eorum spiritus deflegmati & segregati per Alcohol vini coagulantur; observatur Cantharides abundare majori copia salis volatilis, quam omnia alia, quarum oleum spatio temporis, additisque corrigentibus, est præstantissimum ad curandos Paralyticos unctos exterius, sicut affirmat Physicus fide dignus; latet succus corrosivus, & vesicatorius in illorum intestinis, præparatus in glandulis circumjacentibus, ergo pedes sunt magis idonei destillationi, & sunt Antidota contra venenum ventris, abundant enim maximè sale volatili, quod infringit acidum succum; ergo cum externè applicantur pro vesicando, soli ventres in usum trahantur, sin internè dantur, tum pedes simul exhibeantur, sed tutiùs per se sine ventribus propinentur;

Colligantur viperæ secundum Antiquorum leges, occisæ, decoriatæ, & exiccatae, per retortam vitream destillantur, cui orificium sit satis amplum, adaptetur recipiens, & ignis tractetur

*quædam
de Anima-
libus.*

*Canthari-
des.*

De viperâ.

secundum artis regulas, cum sp. & oleo
 ascendit sal volatile, recipienti adhæ-
 rens, sed non in figurâ viperarum, nisi
 imaginationi, & phantasiæ indulge-
 mus; dividantur hæc tria facillimè in
 cucurbitâ altitudinis unius cubiti, secun-
 dum artem leniter sublimando; primò
 sal Albissimus cum parvâ spiritus quan-
 titate ascendit; refrigeratis vasis sal
 colligatur, & procedendo S. A. Spi-
 ritus purus separetur; observavimus
 quosdam in *Galliâ* non solum hunc sa-
 lem, sed etiam alios ejusdem naturæ,
 separare à suis spiritibus, mediante ma-
 tracio alti, & longi Colli, cum suo Ca-
 pitello, quam methodum plurimi applau-
 dunt quia nova est, & pomposa; sed
 seridè de hac re meditavi, diu, multumq;
 cogitavi, sæpiusq; experimenta feci, &
 tandem conclusi hanc methodum esse
 incongruam rationi, & experimento,
 quia ut sal ascendat ad capitellum, opus
 est violentiori igne, quam natura istius
 salis patitur, undè per juncturas in au-
 ras impellitur, & nimiâ aciditate ignis
 alteratur; Veneti solent fumigare ex-
 iccatam carnem viperinam cum Aroma-
 tibus in aquis odoriferis decoctis, postea
 exiccare, & pulverizare, alii tantùm car-
 nem,

nem, ossaque siccata, in pulvere con-
 servant, & tam Opiatis, quam Bezo-
 cardicis commiscent pro re natâ; ego
 aliquando tincturam viperinam iisdem
 casibus appropriatam sic confeci, ℥. ser-
 pentar. virginian. rad. contrayer. an.
 ℥j. Carnis viperin. siccat. & pulverifat. ℥vj.
 tincturæ nostræ salis Tartari, in hoc
 opusculo descriptæ, ℥xxxij. digerantur
 A. Sp. ege artis. Dos. 40. ad 60. gut. in vehi-
 culo idoneo, in morbis febrilibus, con-
 vulsivis, morsibus animalium, omni-
 busque venenis, tam narcoticis, quam
 corrosivis; benè philosophârunt anti-
 qui collocando venenum viperinum in
 succo flavo, vesiculis contento, gingi-
 vis adhærente, & tempore summæ ir-
 ritationis ejaculato, quæ irritatio neces-
 saria est ad commovendum & exaltan-
 dum fermentum veneficum succi, at
 D. Charas nova quædam dogmata
 venditat, attribuendo facultatem vene-
 ficam viperæ irritatis spiritibus per
 ideam vindicativis, impressam in ima-
 ginatione animalis, & sic succum glan-
 dulosum rejicit à multis experimentis;
 at sagacissimus D. Redi eadem experi-
 menta repetendo, antiquas opiniones
 confirmavit, & fermentum veneficum
 succo

succo flavo restauravit, confiteor m
 Anno 1671. *Parmæ* sæpius vidiff
 empiricum quendam sine noxâ hum
 succum viperinum devorantem, eum
 demque succum innoxie intrudi in vul
 nera animalium, sicut D. *Charas* invo
 nit, at sæpè alibi observavi contrari
 effectus hujus liquoris viperini, nam
 vidi illum esse lethalem, & mortiferum
 (licet è viperâ exemptum) animalibus
 ut D. *Redi* etiam observavit; contra
 ria hæc phænomena non proveniunt:
 diversitate Climatum, aut à variis ma
 turis viperarum *Languedocensium*, &
Florentinarum, nam unum eundemque
 effectum reperi ab hoc succo flavo in
Galliâ, Italiâ & Hispaniâ, viz. quòd in
 terdum necabat, interdum non necaba
 in omnibus illis regionibus, prout citius
 vel tardius propinaretur, aut vulneribus
 applicaretur; recens, & tepidus succus
 viperâ irritatâ exemptus, semper necaba
 animalia, modò dexterrimè, & celerrimè
 applicaretur, antequam amiserat
 suum gas, & fermentum veneficum, &
 non tam citò convulsiones inducebat
 ac si ab ipsâ viperâ iratâ ejaculatus
 fuisset; idem succus tardiùs exhibitus
 non exercent suam rabiem veneficam
 queat

quæ admodum subtile fermentum est, ideoque citò dissipatur, nisi continuò refrigeratur, aut renovatur ebullitione plus viperæ; D. igitur *Charas* erat nimis lentus, & tardus in faciendis suis experimentis, & opus habuit mirandâ illâ celeritate, & acumine, quæ D. *Redi*, instar dexterrimi Philosophi, exercuit in suis experimentis; ergò non mirum est D. *Charas* invenire, & nominare hunc succum viperinum crassum, & viscosum, quia certissimè despoliatus erat suo æthereo fermento ob nimiam suam pigritiam, succus enim hic flavus in suo vitali, & naturali, h. e. venefico statu, est subtilior, & rarior.

Quod remanet à cornu Cervi post distillationem calcinatur in vase aperto, & pluribus inservit; calcinatur etiam cornu Cervi per fumigationem, talis est sententia *Zwelferi*, & appellatur cornu Cervi calcinatum philosophicè: Ego autem, ut curiosius sit, calcino hoc modo: accipiatur dolium cum tegumento, & intus ponatur Calx viva, postea integrum cornu Cervi, & iterum Calx viva, addatur aqua S. Q. cooperiatur tegumentum, quod habeat foramen, & relinquitur usque dum fri-

frigefiat : per elixationem habetur color rubeus, à cornu Cervi remanens post destillationem crySTALLUS habetur diaphana, & longè differens à quocunque Alkali fixo.

De Cranio.

Destillantur è Cranio humano sp. volatile, & oleum, eodem modo acciperetur, quæ similiter etiam separantur hic sp. sal volatile, & oleum exactâ unita, digesta, & sæpius destillata toto calore, evadunt sp. roseus, & aromaticus, in re medicâ non vituperandum præsertim si destilletur cum floribus aromaticis; aliquando sequentem tincturam præparo, ℥. sp. Cranii humani suo imprægnati ℥xij. flor. lilii convallid. ℥ss. flor. Rorismarin. ℥iij. Salviæ, Thymian, ℥ij. digero, filtro, & ad usum suo; est medicamentum non infimi fœlii in morbis convulsivis, & cephalicis. Ebur, quod remanet post destillationem, inservit pictoribus.

De Urina.

Spiritus, & Alkali volatile urinæ continentur per fermentationem 40 dierum, mediante Sole, aut loco calido & per destillationem in cucurbitâ; Egregia autem *Parisiis* inveni Methodum faciliorem sine fermentatione diurnâ, solâ additione calcis vivæ, sublimata

do in cucurbitâ, & consistit in quadam
 proportione, aliter frustra. Ex capite
 mortuo fermentatæ urinæ Phosphorus
 destillatur, pro quo, lector, consule
 egregia scripta magni *Boylæi*, qui de
 hac re, sicut de aliis, nervosè philoso-
 phatur; evaporando recentem urinam,
 ultimò sal volatile prodit, sed sæcu-
 lentum, & nauseosum, at augendo
 ignem ad magnum gradum, sal fixum
 albissimum obtinetur, quod mediante
 spiritu urinæ, & Alcohol vini (ut antea
 notavimus de tincturâ salis Tartari)
 rubicundissimam tincturam præbet, tam
 in re medicâ, quam metallicâ maximè
 necessariam; aut ex coagulo sp. urinæ,
 & vini, destillato, præparetur effica-
 cius menstruum pro prædictâ tinctura.
 Sanguis humanus rite collectus addito
 An. Alcohol vini, fermentando reddit spi-
 ritum gratissimi odoris, qui linguam fe-
 rit, & pungit. Est Antispasmodicum
 egregium, dos. à xv. ad xx. gut. in ve-
 hiculo Idoneo.

Doctor *Victorius Algarot*, nemini
 inter Physicos secundus, & totius Me-
 dicinæ decus, & honor, Author fuit
 illius pulveris, qui meritò nostro ævo
 Mercurius vitæ appellatur; si tamen
 malè

*Alia que-
 dam de Mi-
 neralibus.*

*De Anti-
monio.*

malè præpararetur potius Mercurius
Mortis appellandus foret ; constat ex auro
sublimati corrosivi, & Antimonii, in retortâ
vitreâ destillati in recipienti ferrea
pleno aquâ, in fundo albissimus, & in
star nivis pulvis invenietur ; separatim
autem aqua à butyro Antimonii, destilla-
latur iterum in retortâ, usque dum accen-
da deveniat, & cum acescit, tollatur
ignis, quod remanet in vitro spiritus
Vitrioli Philosophicus vocatur ; Plurimi
mi putant, quod si intrò Auri Lamina
infundatur, quod extrahet dicta aqua
colorem flavum ab Auro, eum Lamina
na, quæ in fundo est, remaneat alba
& ab aliquibus Luna fixa appellatur
Meo quidem iudicio color flavus pro-
venit ex aliqua parte Auri in menstruo
dissoluto, & albedo in Lamina à Mer-
curio in Menstruo contento : hoc facili-
limè experitur. Attamen ut hic Mer-
curius sit Medicamentum magis cor-
modum & benignum, & minus perni-
culosum, corrigitur ponendo dicto Mer-
curio supra Laminam ferream, & lento
ter spatula ferrea removendo, lento co-
lore, (cave tamen à vaporibus:) usque
dum cessent, & hoc modo uti illo quis
potest tutè ; alio modo tutissimè corrigi-
gitur

Mercurius digerendo; & postea comburen-
 do cum optimo Alcohol vini ter quaterq;
 repetendo. Quod sublimati invenies in
 collo retortæ causa magni ignis, Cinnabar-
 is, & impuris Antimonii vocatur, quod ut pu-
 rius evadat in pulverem redactum in
 retorta ponatur cum magno igne, ut
 pars impurior, & magis fuliginosa se-
 pararetur, & in fundo cinnabaris pura
 in unum reducta invenitur, constans ex
 Sulphure Antimonii, & Mercurio, con-
 tra sententiam aliquorum, qui dicunt;
 Cinnabaris Antimonii bis, aut ter
 sublimati, cum non sublimetur nisi u-
 na vice; fit etiam Cinnabaris Antimo-
 nii cum sulphure Antimonii, & Mer-
 curio, quod sulphur obtinetur median-
 te oleo Vitrioli ita communiter nuncu-
 pato, rectè miscendo, & sublimando;
 hoc mediante aq. fort. etiam conficiatur sul-
 phur Antimonii, sed dubitetur, an sit
 purum, & genuinum, nam in sublima-
 tione hujus sulphuris particulæ vitrio-
 licæ, & nitrosæ cum Antimonio incor-
 poratæ simul ascendunt. Fit etiam eo-
 dem modo Cinnabaris officinalis cum
 sulphure communi, & Mercurio. Vidi
 Civiliæ Aurifabrum, qui à doloribus
 Morbi Gallici liberari non poterat, rectè
 cura-

curatum fumigatione facta in usitato
 hypocausto per tres, aut quatuor dies
 dicto Cinnabaris officinalis, (cavendum
 verò est ne vapores exterius caput offe
 fendant.) Coquitur cinnabaris minerran
 tis redacta in tenuissimum pulverem in
 aqua pluviali per horam, & turbida dila
 ta aqua, & à partibus crassioribus de
 cantata, relinquenda est usque dum clara
 refiat, & toties repetenda est coctio donec
 non amplius turbida deveniat aqua & sic
 paranda est postea à pulvere subtilissimo
 qui exsiccatu existimatur magnus Ant
 tepilepticus. Si viride æs, & sal arm
 moniacum una sublimentur per Alco
 hol vini viridis obtinebitur tinctura
 quæ multum confert Epilepsiæ Pueror
 rum, nihil tamen efficacius inventum
 quam aurum meum medicinale, acco
 ptum pondere unius grani per xxx. aut
 xl. dies in vehiculo convenienti, infu
 nat infallibiliter. Nitrum, & Antimon
 nium in pulverem redacta, addito carbone
 bone igneo evadunt in hepar Antimon
 nii, ita ratione coloris vocatum, & est
 magnum emeticum, quod in pulve
 rem redactum, & in vino forti infusum
 S. A. fit vinum emeticum, additum
 saccharo syrupus emeticus; cum unc.

dicti hepatis, unc. S. Cinnamomi, lib. III.
 aquæ cardui benedicti, facta digestio-
 ne, aqua benedicta Rulandi provenit.
 Dubitant nonnulli de unione particu-
 larum Hepatis Antimonii cum vino,
 quia post infusionem non diminuitur
 pondus Croci, observatione edoctus
 affirmo, quanto vinum calidius, aut
 spirituosius est, tanto magis imprægna-
 tur, & augetur vis Emetica, quoniam
 unitur cum majori copiâ particularum
 Antimonii, idem succedit in vitro, &
 Regulo; ratio, quare pondus Antimo-
 nii non apparet diminutum, fit fortassè
 hæc, viz. quia corpuscula Tartarea vi-
 ni se insinuent in corpus Antimonii, &
 gravitatem ejus deperditam renovent.
 Diversimodè fiunt reguli Antimonii.
 Primo ex nitro, tartaro, & Antimonio,
 secundo ex nitro, & carbonibus, ter-
 tio ex Tartaro, & Marte, quarto so-
 lo Tartaro, & Antimonio per detoni-
 zationem. Ex nitro, Tartaro, sa-
 le communi & Antimonio, Regulus
 quidam conficitur, è cujus separatâ
 scoriâ, & dissolutâ in fortissimo lixivio
 Calcis viv. sæpè agitando, nobilissi-
 mum sulphur Antimonii acquiratur

E

mis-

miscendo quoddam mihi familiare cum
 lixivio, qui levis pulvis Antimoniatus
 est odoris gratissimi, & saporis non
 ingrati, febres ardentes unicâ dosi, *viz.*
 ℞j, sæpissimè profligans, sudorem, urii-
 namque movendo, Archæum furiosum
 pacificando; prætereà in doloribus *Galli-*
licis est summè proficuum. Ex nitro,
 & Antimonio modo usitato diaphoretici-
 cum obtinetur, cui nulla alia meo ju-
 dicio tribuenda est virtus, quam illa,
 quam possedit Bolus *Anglicanus*; lo-
 quor de albo, cum quo conficiuntur
 fistulæ ad fumigandum Tabacum,
 quod rectè noverat quidam Medicus
 Anglicanus, nam eo lucratus est duco-
 millia Librarum Anglicanarum. Si
 supra liquorem glaciale Antimonii
 infundatur spiritus Nitri paulatim (fu-
 ge vapores) destillando, & iterum
 spiritu Nitri cohobando, denique per
 unam horam pulvis reverberetur, Be-
 zoardicum Minerale proveniet, licet à
 paucis rectè præparatum, ut Medicis
 experiuntur, cum additione Solis im-
 Bezoardicum solare evadit, Lunæ im-
 lunare, Martis in martiale, Jovis im-
 joviale. Calcinatur Antimonium usque
 dum

dum coerulea flamma amplius non apparet S. A. tum solâ fusione in vitrum rubeum evadit, quod Nitro correctum, medicamentum est tutissimum, & purgat per inferiora. Calcinatur etiam radiis solaribus, mediante vitro ustorio, pondere tamen non diminuto, sicut communis fert sententia, licet continuo effluvia emittit; at pcedicam horum Chymicorum, Antimonium hoc modo calcinatum reverâ amittere aliquid sui ponderis, ejusque gravitatem ab hâc operatione diminui.

Vitrificatur Saturnus mediante tribus crucibulis sola fusione, ut rectè Philochymici noverunt, & facillimè convertetur in lithargyrium cum aliquo etiam lucro, sed quia insalubris est, â paucis conficitur. Calcinatus Saturnus per acetum in bonam cerusam evadit, cujus virtus laudabilior aliquando mihi videtur, quam sacchari, aut Carnitici Saturni, ut uno ore expertiores Galliarum Chirurghi dicunt, eorumq; rationes difficiles intellectu non sunt.

Mercurius revivificatus beneficio Al-

De Saturno.

De Mercurio.

nem, & cohobationem absque ulla additione in pulverem rubicundissimum evadet, urinam, & sudorem sine ulla alteratione promovet. Hic Mercurius in aquam limpida, & ponderosam (mercurialem dictam) commutatur beneficio retortæ calidissimæ in summitate (ubi Mercurius ingerendus) foraminatæ, septem, octove receptaculis junctæ, at non lutatæ; Mercurius gradatim infusus per foramen idoneum in retortam calidam edit strepitum, & partim evadit aqua limpida, & graviss in receptaculis; si aliquid Mercurii cum illâ commixtum reperitur, segregetur ab aquâ suâ, quæ nihil aliud est quàm ipse Mercurius rarefactus, variè modificatus, & novis qualitatibus vestitus mediante igne, & instrumentis. Dissolutus in aqua forti præcipitando, & edulcorando, præcipitatum album dicitur, si tamen reverberetur usque dum revertatur in pulverem rubrum, præcipitatum rubrum appellatur. Quidam venetus in *Hollandiâ* habet novam methodum conficiendi hoc præcipitatum admodum rubrum, & rutilans, additione sulphuris, non inferius communi.

muni. Dissoluto dicto Mercurio oleo sulphuris communis destillato, cohobato & ultimo addito igne vehementiori, pulvis invenietur in retortâ albus, qui per aquam lotus fit flavus, & turbith Mineral. vocatur. Mercurius dulcis componitur è sublimato corrosivo saturato cum S. Q. Mercur. crud. & ter sublimato; non possum hic præterire fanaticum revelatorem Arcanorum *Lazari Riverii*, qui in præparatione Calomelan. sicut in aliis, dignissimum *Riverium* in Asinum, aut vitulum transmutavit, nam decies aut circiter hunc Mercurium sublimat, addendo unaquâq; vice salem communem, quasi edulcoratio, & acuminatio, eodem tempore in unam idemq; Corpus indurantur. Meus viridis Mercurius præcipitatus brevi momento conficitur, & Gonorrhœam infallibiliter, & radicaliter curat; non intelligo illum, de quo alii Authores mentionem fecerunt, sed tantum de eo, quem tanquam maximum arcanum conservo. Pilulas cum hoc meo Mercurio viridi etiam conficio simul cum resin. Guaiac. & Pil. aggregativ. ad pondus omnium ʒj. in morbo Gallico maximarum virium.

De Marte.

Relictis omnibus modis, ab aliis Authoribus dictis circa crocum Martis, dicam tantum duos, astringentem unum, aperientem alterum; primum præparatio accipiendo laminam ferri unctam oleo Caryophyllorum destillato, & ponendo dictam laminam in cellâ viniariâ supra discum vitreum, usque dum Crocus appareat, qui ritè collectus conservatur ad usum, & repetitur ad libitum; alter conficitur mediante spiritu salis Armoniaci, & facillimè obtinetur. Hic non impropiè animadverto, ipsum ferrum esse maximè idoneum ad præparandum Crocum astringentem, Chalybem verò aperientem, hic enim vulgò componitur mediante stratificatione cum unguis, cornibus, aliisque ossibus animalium, salibus volatilibus, & aperitiva facultate donatis, undè Chalybs magis imprægnatur cum virtute Alcalicâ, obstructions meliùs reserante, quam vulgaris Mars. Limaturâ Martis in Crucibulo detentâ magno igne donec candescat, & urinâ recentii extinctâ, postea per retortam destillatâ per 24 horas, spissa, & rubra prodit, cum quo Luna tingatur aureo colore:

colore. Si ex Martis limaturæ, & salis Armoniac. an. sublimatum confeceris, flores salis Armoniaci Martiati nuncupantur; caput mortuum in vasis fundo repertum, si per deliquium in liquorem convertatur, evadit medicamentum nobilissimum, purgans per inferiora, & superiora sine ullo ægro- tantis incommodo; dos. a gut xv, ad xxv. in vehiculo idoneo; flores prædicti, præter vires illis ab aliis attri- butas, ut nobis constat ab experienciâ, sunt in Hæmorrhagiâ narium Medi- camentum tutissimum, si sumantur in formâ sternutatorii; si hæc sublima- tio cum triplici salis Armoniaci quan- titate conficiatur, igne tam diu con- tinuato, usque dum tota massa ele- vetur, tum sublimatum non est omni- nõ Emeticum, quia per longum ignem, & continuatam sublimationem particu- læ illæ ventriculum irritantes, in auras avolarunt, nam operando observavi- mus Chartam in tempore sublima- tionis defendentem materiam a sordi- bus, aeri expositam viridescere, & nauseabundè sapere, tam colore, quam sapore sublimato admodum dissimi-

lem; ex dictis floribus tincturam flavam obtineo ope benigni menstrui sub titulo tincturæ Martis aureæ, in cruditate ventriculi, Hydrope, & omnibus obstructionibus valet, & est generale totius Archei fermentum; sed quia hæc compositio tam mystica fuit mihi revelata ab Amico, non hic profanabo; tandem notandum est, limaturam Martis a sordibus suis per magnetem rectè depurari. Ex Marte, & Tartaro cum sufficiente Q. Vini cocti in vase ferreo, spatulâ ferreâ agitando, tinctura habetur, quæ filtrata per chartam emporeticam, per se, aut in syrupum conservatur. Vinum Martiale etiam conficitur ponendo Vini fortis S. Q. in magno recipienti, in quod immergitur Limatura Martis candescens, & cooperto vase, relinquitur usque dum frigeat, postea extracta limatura, quater repetatur. Conficiuntur vina medicata tam simplicia, quam composita unica infusione, licet plurimi volunt, quod sint Medicamenta una cum Musto fermentata in Autumno, credo nihilominus parvam, aut nullam habere virtutem.

In

In *Normandia*, in qua *Uvæ* sunt raræ, solent illas veneno linere, ne à beluis devorentur, aliqui etiam *Aloe* dissoluta in aquâ unguunt, & alii *Cochintide*, vinum autem à dictis *Uvis* extractum non est ullo modo purgativum, ergò falsum est ab infusione simplicium in musto, posse extrahi vina, quæ habeant aliquam virtutem.

Cuprum facillimè in *crystallum* coeruleum commutatur, & in viride mediante aceto destillato, à quibus pulvis quidam colore *lithargyrii* extrahitur, mirabilissimæ equidem virtutis, & quoddam oleum *antipodagricum*. Vidi dealbatum *Cuprum* nihil prorsus ab argento differens nisi quod in *Cupellâ* non resisteret. Idem *cuprum* imprægnatur aureo colore, qui diu permanebit, & omnes probas, præter *cupellam* sustinebit; quod fit sequenti modo. ʒ. *Cupri* lib. j. funde in crucibulo, insperge gradatim sulphur. pulveris. lib. j. usque dum totum deflagaverit, postea *cuprum* in laminas redige, hoc facto fume auripigmentum, q. v. funde, & in aceto extingue,

De Cupro.

gue, quod repetendum per 24 vicees
 tum sequens stratificatio construatur
 in crucibulo, S. A. primò cum farina
 fabarum, tum cum Nitro & Tartarum
 ro, postea auripigmentum sit superstratificatio
 tum, tum cuprum ipsum, & iterum
 auripigmentum, Nitrum & Tartarum
 farina fabarum, ultimò nitrum, &
 Tartarum, qui ordo observandus est
 per totam stratificationem, donec totum
 crucibulum impleatur; ultimò
 huic crucibulo superimponatur aliud
 cui est foramen in summitate; S. A.
 fiat ignis cæmentationis, donec nec
 flamma, nec vapor ullus apparet; ullum
 timò detur ignis fusionis per horam
 frigefactum cuprum separetur à pullis
 veribus, & novo crucibulo fundatur
 separatis scoriis obtinetur cuprum su-
 præ dictum aureum, quod in folia ele-
 gantia, & diuturna à Malleatore exten-
 datur. Ex cupro conficio liquamen-
 sine igne, menstruo, aut alio Hetero-
 geneo, ex quo meus ignis Veneris præ-
 paratur, ab Helmontio tantoperè cele-
 bratus, & usque ad coelum euectus;
 à nullo nisi artis filio, & vero Philo-
 sopho, comprehendi potest; ex hoc
 li.

liquamine cupri egregium opiatum conficio, rei pharmaceuticæ summè proficuum: Sed nolo, benevole Lector, negotia tua ulteriùs interpellare, parce, precor, hisce nugis sat brevibus; sumus omnes pulvis, umbra, nihil.

De

Fig. II. III. Dispono lateres in
rutes modos, qui subter evan-
et color adhaerent et inordinantur
a cunctis delectationibus praeferantur
obstantis ordo consistit et efficitur
laticibus vel xpiis ampliatibus
luni

4. faces
oculorum
sunt fatua
de Tartar
superiore
de sterum
Tartarum
rum, de
vadis est
donec to
; ultimo
tur aliud
te; & A
onec nec
uret; ubi
r horum
tur a pul
fundatur
orum fa
sola ele
re exten
quamen
Hetero
eris pre
berit cele
erecory
o Philo
et hoc
li-

De Furnis, & Vasis.

TAB. I.

Fig. I. **H**Oc Schema exhibet
 pavimentum furni
 quod in majorem vel minorem
 extenditur amplitudinem pro
 operis ratione, confiteor ta-
 men hoc pavimentum non esse
 semper necessarium præsertim
 in Furnis fusoriis, ubi particu-
 læ aëreæ è terrâ vi ignis co-
 piosè extractæ plus impellunt
 quàm maximi folles.

Fig. II. III. Dispono lateres im-
 tres modos, qui vicem crati-
 culæ ad ignem sustinendum &
 cineres demittendos præstant ::
 infimus ordo consistit è tribus
 lateribus vel 4. pro amplitudine
 furni

furni dentatim juncti, & hunc nomino craticulam simplicem, ut in a b c. Duplex exstruitur 3 vel 4 lateribus transversis & est craticula duplex, d e f. Craticula triplex exstruitur aliis tribus lateribus h i k, super quos cubus latericius gallicè *culot* est imponendus pro crucibulis, g. in Fig II. & hæc craticula debet esse simplex, duplex, aut triplex pro altitudine furni & gradûs ignis, ignis enim in triplice craticulâ est violentior quàm in duplici, in duplici quàm in simplice, & quicquid possunt anemiæ, efficitur his craticulis sine follibus.

Notandum est, quod medius later infimi ordinis debet esse paululum depressior lateribus à dextrâ & sinistrâ quo facilius subducatur ad cineres eximendos.
litt.

litt. l. cæteris ad amussim politiss
ut videri est in frontispiciis.

Fig. IV. Hoc Schema exhibeat
Furnum fusorium, apertum,
perfectè duplicem, voco per-
fectè duplicem à duplici craticu-
culâ & pariete.

- a Duo parietes, ut in Fig. V.
- b Paries posticus, ut in Fig. V.
- c Duplex craticula, ut in Fig. III.
- d Cubus gallicè *calet* pro cruci-
bulis.
- e Lateres ad Furni cameratio-
nem.
- f Pavimentum ut in Fig. V. cum
arenâ vel cineribus in fissuris
ad ignem præcavendum, cum
tali basi operatio qualiscunq; in
quocunq; loco etiam super tabu-
latum sine ullo periculo institui
possit, præsertim si furnus cras-
siorem habeat basin ut in Fig.
VI.

Fig.

Fig. V. Hic Furnus consistit è duplice pariete sed simplice craticulâ.

- a Duo parietes ut in Fig. IV.
- b Paries anticus eodem modo quo paries posticus in Fig. IV. exstructus.
- c Duo lateres dentatim collocati ad suffulciendum parietem b. quorum dispositio facit interstitium cineribus & aëris ventilationi inserviens.
- d Cinerarium sub craticulâ, & simul viam aeri præbet & recrementum foci.
- e Lateres ad furni camerationem.
- f Flamma egrediens.
- g Pavimentum ad ignem præcavendum in locis minùs accommodatis.

Fig. VI. a Pavimentum.

b Parietes.

c Duo lateres cinerarii.

d Cinerarium.

e Pa-

- e Paries intra cinerarium & focum.
- f Duo lateres foci.
- g Ostium foci quatuor vel quinque pollices altius craticulâ.
- h Lateres intus prominentes earum retortas sustinendas.
- i Lateres qui ignem coercent.
- k Flamma per fissuras violentè egrediens.
- l Collum retortæ.

Ex innumeris Furnis in Chymicorum Laboratoriis reperientur, adjectis & iis similibus, in omnibus meis experimentis tantum utor; & quamvis multi sunt, qui nominantur ab usu, ut Reverberatorium, Calcinatorium &c, & cuilibet suus est usus proprius, ingeniosus tamen artifex potest esse paucis contentus, quandoquidem singula experimenta formas non adeo differentes requirunt, & quæ uni, alteri

ex

experimento inservire possit.
 Specimen adjeci meorum, qui
 possunt esse usui industrio arti-
 fici in aliis excogitandis, mutatis
 mutandis pro operis ratione, lo-
 co, tempore & aliis circumstan-
 tiis, & spero me Chymico Or-
 bi profuturum dum viam sterno
 ad meliores, extemporaneos, &
 minimi sumptûs.

TAB. II.

Fig. I. **T**Res Galeæ, gallicè
calot, pro magnitu-
 dine retortarum è ferro vel
 terrâ ad retortas muniendas.

Fig. II. Retorta galeata.

Fig. III. Instrumentum ad ope-
 rationes plurimas citiùs deter-
 minandum.

a Vas terreum cum duobus col-
 F lis

lis amplissimis quo faciliores exitus spiritus habeant.

b b Colla receptaculorum vasi lutata.

c c Duo receptacula vitrea quàm ampla ad magnam copiam vaporum condensandam.

Fig. IV. Instrumentum præcedenti simile pro Subjectis minus destillabilibus, destillatio enim in hoc plano citiùs finitur quam in præcedente ubi materia coacervatur.

a Vas terreum è terra Germanica.

b b Colla pro receptaculis.

c c Receptacula vitrea.

Fig. V. Hoc instrumentum voco balneum descensorium, pro iis temporibus, & locis ubi sol minus lucet.

a Lebes Cuprea pro aquâ calidâ.

b Ampulla vitrea quæ capit materiam destillandam.

c Epi-

- c Epistomium ad aquam frigescentem emittendam.
- d Collum ampullæ per foramen lebetis recipienti commissum.
- e Recipiens.
- f Vas ligneum sale communi plenum pro refrigerio.
- g Funis ad sustentandum lebetem.

Fig. VI. Receptaculum ad separandum in primâ destillatione salia volatilia à suis spiritibus & oleis.

- a Collum recipientis quàm amplum quo facilius extrahatur sal volatile.
- b Venter recipientis cujus lateribus sal volatile adhæret.
- c Collum alteri receptaculo lutandum.
- d Recipiens in quo influit Spiritus cum oleo.

NB. *Salia volatilia à suis oleis mundantur. & albifcantur cum*
Al-

EXPLICATIO FIGUR.

Alcool vini, & sic in primâ deestillatione erunt æquè pura, ac resublimata fuerint.

TAB. III.

Exhibet delineationes instrumentorum à D. Troutbeckio inventorum.

Fig. I. R epræsentat D. Troutbeckii Furnum.

Fig. II. Vas circulatorium.

Fig. III. Vas destillatorium.

Indi-

Indiculus Articulorum.

C*Hymia Etymologia, An-*
tiquitas, Objectum. pag. 1.
Examinatio principiorum. 2.
De Vitriolo. 4.
De Nitro. 7.
De Sale communi. 10.
De Aceto. 13.
De Sulphure, sp. vini, aliisq;
spiritibus 14.
Liquor odoriferus Jasmi-
ni 17.
Willisiana preparationes
Sulph. & Martis. ibid.
De Tartaro & Salibus Alca-
libus. 18.

Tin-

Tinctura Corall. 24.

Tincturæ quædam mineral-
les. *ibid.*

Tincturæ è variis Metallis
ibid.

Tinctura Antimonii. 25.

Tinctura Mercurii. *ibid.*

Tinctura Martis. 26.

Tinctura Solis. *ibid.*

Lunæ. *ibid.*

Quædam de vegetabilibus 27.

De oleis vegetabilibus *ibid.*

De Nicotiana. 28.

De Spiritibus, & sal. volatilibus
Plantarum. 29.

De Fuligine. 30.

Sp. & Sales volatiles oleosæ
& Aromatici. 31.

De Succino. 33.

De Laudano. 37.

Elixir

Elixir proprietatis. 37.

Quædam de Animalibus. 39.

Cantharides. *ibid.*

De Viperâ. *ibid.*

De Cranio. 44.

De Urina. *ibid.*

Alia quædam de Minerali-
bus. 45.

De Antimonio. 46.

De Saturno. 51.

De Mercurio. *ibid.*

De Cupro. 57.

De Furnis, & Vasis. 60.

FINIS.

Fig. 4.




Fig. 2.



Fig. 1.




Fig. 3.



Fig. 6.






Fig. 5.





99

Fig. 6.



TAB. II.

Fig. 1.



Fig. 3.




Fig. 4.







Fig. 5.





Handwritten initials or a signature, possibly "A.D."

99



GIM
1199

"perfect"

W
11.14.97

wing V 373

